



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni  
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De excitatione devotionis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46628)

Missæ ei præcipue applicans, pro quo  
celebrare teneris, sed etiam memor ut  
semper in virtute ac mentis puritate  
proficias.

Parag. 3. De excitatione devotionis.

**H**Æc excitatio in eo consistit, ut sacerdos sit devotione flagrantissimus, eo quod panem cœlestem amore calidum, & prunam igne cœlesti accensam oblaturus sit. Qualis erat ille calculus apud Isaiam cap. 6. qui Christum (teste S. Cyrillo. lib. 1. in Isa) repræsentabat: hic enim est vere carbo ignitus, intus ac foris igne plenus; vel carbunculus seu gemma pretiosa igneæ naturæ, quæ ad modum ignis fulget ac splendet, ut sacerdos pariter hunc calculum tangens, ac gemmam in sinu recondens, remota omni repiditate, igne charitatis & devotionis ardor. Excitatur autem hic igitur cœlestis, attentabuius mystrii consideratione cuius tanta vis est, ut farca, vel etiam ænea corda ad tanti ignis præsentiam, liquefiant. Et quamquam in eo innumera sint, de quibus meditari licet: Tamen, tria illa capita (Quis,

P

AD

AD QUESM, & QUA DE CAUSA VENIAT]]  
vehementer , animum commovere so-  
lent. Unde & in sequentibus7. medita-  
tionibus per singulos hebdomadæ die-  
distributis ( quæ paulo post hic posen-  
tur ) illa capita peculiariter attinge-  
mus.

S. 4. De generali postulatione.

POstrema præparatio consumitur in  
usu postulationis , in quo Sacerdos  
debet esse largissimus. Cùm enim sit  
persona publica, debet ram pro se, quam  
pro alijs orare ijsque utilia ac profutur  
postulare. Neque est, quod repulsa  
aut audaciæ fugillationem pertimescat.  
Cùm enim Deo Patri offerat filium uni-  
genitum , illi summè dilectum ac pe-  
omnia æqualem , sacrificium offerat va-  
loris infiniti, cuius pretium , nullis li-  
mitibus, terminisque concluditur. Qua-  
re non mirum , si Sacerdos pro tanto  
precio, non tantum regni dimidium, sed  
integrum etiam regnum cœlestē, & quæ  
ad illud virtuosè diripiendum perfi-  
nent , postularèt. Et quamquam hz:  
ses talis sit , ut ex eiusque affectu  
devotione pendeat , atque ex Spiritu

Sap.